



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus XXIX. De Clericis Peregrinantibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63440](#)

598 LIB. II. TITULUS XXIX.

ta pecūnia deponi à petente, quam amittit, & causam apud Revisores perdat, recipit, si ibidem obtineat; sufficit tamen cautio de illa summa. Nec per petitionem Revisionis suspenditur execu-  
tio sententiæ, ut contra Gail vult Gilhausen &  
Kaut, licet de restituendo judicato cautionem  
præstare debeat Pars, in cuius favorem fit execu-  
tio. In quibusdam locis hunc in finem institutum  
sunt *Consilia Revisoria*, ad quæ per modum Ap-  
pellationis recurritur suspensa executione: sic in  
Bavaria, si litigatum sit in Ordinario, & intra 90.  
dies recurratur ad Consilium Revisorium, suspen-  
ditur executio; non tamen, si in Summario. De-  
cret. Electoral. de anno 1625. & 1627.

TITULUS XXIX.

*De Clericis Peregrinantibus.*

SUMMARIUM.

1. *Quid hic intelligatur per Peregrinantes.*
2. *Quando peregrinatio habeat effectum Appel-  
tionis.*

I **P**er istos hoc loco intelliguntur Romipetzi, qui devotionis vel alia de causa Romanum vel ad Sedem Apostolicam profiscuntur, maximè autem, qui post latam in se sententiam iter Romanum seu ad Sedem Apostolicam arripiunt, ac propterea ipso facto appellare censem-  
tur: de quibus in hoc *Titulo*, qui propterea est appendix prioris, c. un. disponitur, ut ab inferio-

ii

## De Clericis Peregrinantibus. '599

ri Judice, cuius jurisdictio per tale iter suspen-  
ditur, vel à privato, nihil innovetur vel attentetur  
circa causam: secus si fiat, id omne tanquam at-  
tentatum & irritum non minus retractetur & re-  
vocetur, ac attentatum appellatione verbali in-  
terposita: quare talis peregrinatio Romana (idem  
dicunt de alio itinere ad Judicem superiorem ar-  
repto, & de Nuntio ad Papam vel alium Judicem  
superiorem misso) habet vim appellationis. Et  
quamvis Rubrica loquatur de *Clericis*, textus ta-  
men subjunctus loquitur generaliter, & DD. com-  
muniter idem intelligunt de *Laicis*.

Dico. Ut peregrinatio Romana &c. habeat vim 2  
& effectum appellationis, debet arripi intra 10.  
dies à lata sententia, vel illato gravamine: iter  
intimari Judici, vel Parti adversæ: & iter medi-  
tans non debet esse præventus citatione. Text.  
& DD. in d. c. un. & c. 9. de appellat.

## TITULUS XXX.

### De Confirmatione Utili vel Inutili.

#### SUMMARIUM.

1. 2. Quid, & quotuplex sit Confirmatio.

3. 4. Quis ejus effectus.

**C**ùm sæpius contingat, prioris Judicis sen-  
tentiam à superiore confirmari, pronun-  
tiante, bene judicatum, & malè appella-  
tum esse, idcirco agitur modò de hac confirma-  
tione,

pp 4